

ra et insuavis est. Platinae sylvestre quid et ferinum resipit: circa Ebūsam tamen capta haud spernitur. Alexandrina pariter maxime si in Autumno nata fuerit, humidum quid et album, idque non virosum emittit, ut Diphilus scribit, sed et circa Mytilenem tempore messis capta haud ingrata est. Omnium tamen dura

caro est, ut Plinius percoqui posse *Plin. H. N.* neget, nisi ferula prius verberetur. *l. 9. c. 19.*

Huc **STROMATEVS** pertinet, pisces in rubro mari teste Athenaeo na-
scens, Salpae similis, et universo cor-
pore, aureis lineis productis distin-
ctis, unde nomen invenit. Rondeletius pro eo subsequentem piscem pin-
xit, sed non descripsit. *Athen. Di-*
pnos. l. 7.

ARTICVLVS XIII.

De Fiatola

TAB. XIX.

8.

Piscem, qui *Fiatola* Romae dicitur, quidam veterum Callionymum, alii *Ellopon*, nonnulli *Lycon*, Bellonius *καλλιών* esse opinatur. Aurei est et argentei coloris, multisque lituris variegatur. Latus item est ac planus, ut Bellonius scribit, rotundum fere et compressum, Seferino non valde assimilem, Rondeletius facit. *Linguam* habet carnosam Delphini modo, ad humanam accendentem, suisque partibus omnino absolutam, quod inter caeteros branchiis praeditos solus habere videtur. Vendicat et hoc sibi peculiare, quod *pinnis* sub ventre careat, sitque omnino inermis. Gerit quoque branchias utrinque quatuor, superioremaxillam immobilem, Caudam lunatam, lineam a capite sub ventre ad umbilicum extensem, atque utrinque in cervice maculam nigram, Squammis in eo duntaxat

lineae ductu, qui pisces latera distinguit. *Hepar* ipsi unius lobi nullo felle praeditum. *Stomachus* in litteram V. efformatus, cuius infima pars, in mucronem terminatur, et ad pylorum tam numerosas *appendices*, ut nulla arte numerari possint, habet. Intestina fulcit glandulosum pancreas. Lien stomacho subest. Bene in hunc pisces *καλλιών* Bellonius vocet, non dispergo, hoc tantum addo, Cetaceis hunc ab Oppiano annumerari, dentes ferratos habere et gregatim degere, quod forte Fiatolae non competit. Adjicio tamen Bellonii in iconē *Callychtin*, quem Gefnerus pro Hepate primo habebat. Quod reliquum est, frequens est Romae Fiatola, alibi rarus et incognitus. Rondeletius suis littoribus nunquam visum asserit. Fertur ex pulmone marino *nasci*, et optimi faporis esse.

ARTICVLVS XIV.

De Scorpio et Scorpide.

TAB. XVIII.

12.

Scorpius pisces, qui Plinio aliquan-
do *Scorpio*, ab insecto nomen tra-
xit, non quod vel corporis figura id,
vel colore aemuletur; sed quod, ut
aculeo *Scorpius* terrestris, quem ha-
bet in cauda, ita hic spinis, quibus in
tergore et capite armatus est, vene-
num vulnerando infligat. Putatur a
Scorpide sexu duntaxat differre, ut
hic sit foemina, ille mas: sed videntur
specie distingui, et *Scorpis* cum *Scor-
paena* pro uno pisce habebuntur. Tri-
libris quandoque datur; in mari ru-
bro ad duorum et trium cubitorum
magnitudinem ex crescere, Aelia-
nus: ad tantum et apud Indos Tze-
tzzes scribit. Corpus habet rotundum,
anteriore parte crassissimum, poste-

riore tenue. Squammas tam exiles et
tenues, ut nisi advertas, iis carere vi-
deatur. Solo ventre albicat, caetera
rubet, unde Plinio rufus, Numenio
ἐρυθρός, Hicesio *πυρός*, Diphilo *καρκίνος*
nominatur, quia nigras quasdam per
corpus notas habet, bene Epichar-
mus *ποικίλος* dixit. Caput ipsi ma-
gnum, angulosum, durum, osseum,
plurimis acutissimis aculeis muni-
tum. Os magnum, dentes confusos,
densos, in inferiore maxilla triangu-
lares, superciliorum loco aculeus acu-
tissimus Cuculi instar, cum appendi-
ce cutacea molli, branchiae utrinque
quaternae, osseum aculeatoque expri-
mendo contritae: juxta eas binae la-
tæ pinnae, totidemque ex harum re-
gione

Aelian. H.

A. l. 17. c. 6.

Tzetz. l. 7.

v. 144.